3
67

LOGIC

B833
H4
c.1
274
098

1080021703

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

Castañeda y
Najera.

ELEMENTA

PHILOSOPHIAE RATIONALIS

SEU LOGICAE,

JO. GOTTL. HEINECCII,

JURISCONSULTI

CELEBERRIME.

MEXICI.

APUD IGNATIUM CUMPLIDO,
IN VIA (VULGO) DE LOS REBELDES N. 2.

ANN. DOM. MDCCCXL.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez
Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
FONDO VALVERDE Y TELLEZ
46274

B 833
H 4
CAPILLA ALFONSINA
FONDO ... TERIO
VALVERDE Y TELLEZ
46274

ELEMENTA
PHILOSOPHIAE RATIONALIS
SEU
LOGICAE.

CAPUT I.

De Logicae natura et constitutione.

§ I. QUUM philosophia sit cognitio veri: (H. §. I.) & ad illam cognitionem intellectum praeparet LOGICA: (H §. VII.) definiri ea potest quam optime, quod sit *scientia de invenienda proponendaque veritate* (*). Quid logica.

§. II.—Quamvis enim omnes homines, nisi morbo impediantur, *recta ratione*, id est, facultate ratiocinandi, vel veritates alias ex aliis per necessariam concludendi rationem eliciendi, polleant, (H. § II.) (†) & hinc negari non possit, dari logicam NATURALEM: inde tamen non sequitur, ut ARTIFICIALIS sit negligenda: quia ars naturam perficit, & intellectus non solum Est vel naturalis, vel artificialis.

(*) *Veritatem* autem reperimus vel *meditando*, vel aliorum scripta *legendo*. Ita inventam veritatem eo modo *proponère* docendo scribendoque, ut auditor lectorque de ea convincatur, non adeo proclive est. Verum id quoque docet logica.

(†) Nam & *facultate numerandi* natura gaudet homo, & potentia *saltandi, canendi, loquendi, persuadendi:* nec quisquam tamen dubitat, quin *arithmetica, ars* commode *saltandi, musica, rhetorica*, sint necessariae.

009857